



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qvalitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

17. Quæ sint materialia beneficii præsupposita ejus erectioni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

nec ne, habendum est pro beneficio, si reperiatur collatum per Ordinarium in titulum beneficii, & ita attendendus est ultimus ejus status. *Corr. loc. cit. n. 58. & 59.* citans plures Rota decis. & collatio ipsa sustinenda, quatenus in continere non docetur de statu contrario. *Corrad. n. 62.* citans *Calder. conf. 43. de preb.* De cetero ubi constat de anteriori statu Laicalitatis & temporalitatis, ob defectum auctoritatis Ecclesiasticae primitus non interposita, non est attendendus status ultimus. *Corrad. loc. cit. n. 31.* Rota decis. 2. de preb. in *Recent.* Adeoque attendendum etiam non est, quod in provisione ultimi possessoris adfuerit intentio Ordinarii, quia in inducenda qualitate beneficii attenditur tantum fundatio, & erectio. *Corrad. n. 41.* Quare nec ista Ordinarii institutio arguit illud exercitè vi ilius institutionis fuisse erectum auctoritate Episcopi; nisi constet Ordinarium scientem statum beneficii id fecisse juxta dicta paulò antè: ubi nimirum fundator non disposuit contrarium; nam si constet, fundatorem noluisse Capellaniam esse collativam, non sufficit, quod ut talis collata fuerit, etiam spatio 40. annorum, sed requiritur tempus immemorabile. *Corrad. cit. n. 59.* citans *Garc. in addit. ad p. 1. c. 2. n. 115. & seq.*

Queres 16. Num ergo rectè presumatur vel arguatur, Episcopum prabuisse consensum, quod constet, hunc ab eo petsum, vel etiam Episcopum dedisse consilium fundandi & dotandi talis altaris vel Ecclesia?

Respondeo negativè: *Barb. cit. c. 4. num. 22. Lamb. l. 1. p. 1. q. 9. a. 2. num. 131. Lott. l. 1. q. 32. num. 6.*

Queres 17. Quae sint veluti materialia beneficii praesupposita ejus Ereptioni?

Respondeo: esse praedia & redditus, quae pro dote applicantur, fundus, ipsiusque Ecclesiae, vel altaris rube aedificium, Ecclesiae vel altaris consecratio; item officium divinum, quod beneficio annectitur, leges fundationis: atque ita materia haec partim spiritualis, partim est profana. *Lott. l. 1. q. 7. n. 8.* suntque haec tria locus fundationis, dos beneficii, & leges fundationis, in quorum examine officium superioris Ecclesiastici erigentis consumitur. *Calder. de jurepat. conf. 20. nu. 1. Lott. l. 1. q. 13. n. 1.*

Queres 18. Quis sit locus necessarius beneficii?

Respondeo: Ecclesia aliqua vel Capella: requiritur namque ut beneficium habeat Ecclesiam; *Selva. q. 5. sub initium:* nempe certam aliquam, in qua erigatur, seu cui adscribatur; neque enim beneficium & titulus separantur respectu loci, cum ibi dicatur consistere beneficium, ubi impenditur officium: *Rota decis. 9. de preb. in antiq. Lott. loc. cit. n. 127.* & hoc, etiam si dos sit constituta alibi, cum veluti accessoria sequatur naturam & consentientiam beneficii. *Oldr. consil. 257 nu. 15. Navar. conf. 6. de verb. signif. apud Lott. nu. 28.* & etiam si beneficium de facto officium expleat alibi, cum ad hunc *P. Leuren. Fori Benef. Tom. 1.*

effectum attendatur destinatio. *Rota cit. decis. 9. & decis. 119. in Recent. n. 3.* apud *Lott. n. 29.* Porro nomine Ecclesiae non venit hic universalis fidelium collectio, pro ut sumitur *c. Ecclesia. 8. de consecr. d. 1.* neque particularis Canonica collectio Clericorum in aliqua domo Deo dicata; pro ut etiam sumitur *cit. c.* neque Praelatura ipsius Ecclesiae, aut ejus redditus, ut sumitur. *quoniam. & c. querelam & c. ne pralati vices suas.* sed ipsa sacra domus, pro ut est aedificium constans parietibus, & recto, auctoritate Episcopi ad hoc destinatum, ut sumitur *in c. nemo. d. 1. Lott. cit. q. 13. n. 3.* quae si major est, templum dicitur. *Bellamer. inc & hoc dicimus. 16. q. 7.* dicitur etiam quandoque Basilica, quod in ea Regi Regum servatur. *Selva. loc. cit. num. 30.* De cetero dicitur quandoque etiam martyrium; dum in honorem martyris alicujus, seu ejus memoriae & reliquiis singulariter posita est. *Lott. num. 48.* ex *Euseb. Hist. Eccl. l. 11. c. 17. & 19.* quamvis ad differentiam templi martyrium olim dicebatur quodcumque aedificium sacrum, in memoriam alicujus rei in illo loco gesta. *Lott. num. 47.* aliàs Capella, Sacellum, Sacarium, Oratorium, Selva. *ibid.* quamvis oratorium generaliter potius significet locum quemcumque ad orandum statutum, adeoque comprehendat etiam privata oratoria, quae sunt sine auctoritate Episcopi, remanente loco profano, in quibus celebratur super portarili, cujus usum permittere potest Episcopus. *Lott. q. 13. num. 49.* Nulla interim admittitur differentia, sive Ecclesia sit consecrata solemniter per unctionem illam christianis, sive simpliciter solum instructa auctoritate Episcopi, riteque deputata pro habendis ibi officiis divinis juxta *c. nemo Ecclesiam Lott. loc. cit. n. 7.*

Queres 19. An prater hunc locum communem beneficiorum (qualem Ecclesiam dicit Lott. l. 1. q. 30. n. 1. & 2. dum in ea erigi possunt plura beneficia & tituli) detur locus proprius beneficii, & quis ille?

Respondeo: hunc esse & dici Altare, quod beneficio in ejus ereptione assignatur, & in quo beneficiatus per se, vel per alium pensum suum absolvit. *Lott. loc. cit. & num. 3.* hinc beneficiatus servire dicitur Altari, & de Altari vivere. Possunt autem ad unum altare plura constitui beneficia. *Rochus de jurep. V. & dotavit. n. 30. Lott. loc. cit. nu. 40. uti & q. 2. n. 44.* sub diversis tamen invocationibus. *Lott. ibid.* citans *Rotam in una Hipporegensi Capellania S. Martini. 5. Decemb. Anno 1628.* quin & sub eadem invocatione, & extra casum, in quo destructo Altari priore ad aliud altare ejus beneficium transfertur. *C. de Luca. jurep. d. 17. nu. 3.* Quod si non apparet, an Altare fuerit nec ne erectum in beneficium, attenditur illius ultimus status; altare enim, quod datur in titulum, dicitur beneficium, & venit appellatione beneficii. *Decius conf. 210. n. 4.* apud *Lott. cit. q. 30. num. 39.* quamvis tamen literis Apostolicis concernentibus materiam provisionis exponatur altare pro Ecclesiae seu beneficii titulo. *Abb. inc. 1. de success. ab intest. Lott. num. 41.* utpote qui est locus, cui affixum est munus à Clerico persequendum. *Lott. q. 2. num. 44.* uti & nomine Altaris venit ipse Rector seu minister Altaris. *Rota decis. 216. num. 2. p. 2. in Recent.* Porro non secus ex constructione, fundatio-